

Item statutum, et ordinatum est, ut supra, quod  
quilibet de Laurino, et Casalibus Plaginarum  
scopari faciat, vel scopet ante ostium  
habitationis domus suae die Sabbati San-  
cti festi resurrectionis, et per totum diem  
quintum decimum mensis Septembris semel  
in hebdomoda, v3: in die Sabbati. Et qui  
contra fecerit solvat Curiae grana decem.  
Et eadem poena teneantur Corbiserii, et  
Sutores, si non scupaverint ante Spore-  
gam eorum tempore supradicto, et similiter  
teneantur illi, qui habent Cortilia in domi-  
bus eorum, sicut alii, qui non habent.

Statutum contra projicientes aquam  
vermium Sirici, vel ipsos vermes in-  
tus terram.

19.

\* Item statutum, et ordinatum est, ut supra, quod  
nullus, seu nulla extrahat intus Terram Lau-  
rini, vel Casalia plaginarum aquam ver-  
mium Sirici, seu ipsorum vermes. Et ea  
stercora extrahant extra ipsam Terram, et  
Casalia ipsa, et vias primarias. Et qui con-  
tra fecerit, solvat Curiae tarenum auri u-  
num, et quod bajuli possint procedere abs-  
que denunciatione.

26. Statutum contra illos qui projiciunt  
immunditiam intus terram.

Item Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod  
nullus, seu nullas proficiat infra dictam Terram,  
vel Casalia Plaginarum immunditiam, vel al-  
\* lias sordes, et quibus aer de facili inficitur, sci-  
licet immundicias, et sordes ipsas extrahant  
extra terram ipsam, et dicta Casalia in locis  
designandis per bajulos, et in locis ipsis palis  
figantur; Et qui contra fecerit, solvat Curiae gra-  
na auri decem. Cui bajuli teneantur profige-  
re dictos palos infra octo dies post receptionem  
officii eorum bajulacionis. Et si voluerit depor-  
tare ad dicta loca designata per bajulos, quod  
licitum sit eis projicere in loco proprio eorum  
clauso, et intelligatur de immundiciis, quae  
fiunt, cum scossantur, seu purgantur domus, et  
non de illa, quae purgatur ante domum  
qualibet septimana praedicta. Etiam sit li-  
citum illis, qui habent Vallones vicinos discur-  
rentes prope domum projicere dictas immu-  
dicias in Vallonibus ipsis. Item etiam quum  
esset tempus fortunale, si non purgabunt an-  
te domum dicto die Sabbati in septimana  
tempore praedistincto, quod non teneantur ad  
poenam, quod tempus fortunale sit in pro-  
visione.

Statutum contra destruentes fontes  
cum animalibus, vel alio quovis modo 21.

do.  
Item si aliquis inventus fuerit devastando fon-  
tes cerbatelli cum animalibus, vel quovis modo,  
Solvat Curiae tarenum unum, et simili poena  
teneatur, qui devastabit fontem de ecruturo. Et  
si porci inventi essent prope dictum fontem  
Cerbatelli per spacium palmorum duodecim,  
patronus ipsorum solvat Curiae tarenum unum  
mensibus Junii, Julii, Augusti, Septembris, et  
per totum mensem Octobris; alio vero tem-  
pore anni non teneantur porci ipsi. Et simi-  
liter fiat in fontana fabricata, et in fontana  
plani de Fontana.

Statutum contra porcos inventos in  
circuito fontis Domini risi, vel fontis  
de Laurenciis 22.

Item si porci invenirentur in circuito fontis  
Domini risi, vel fontis de Laurenciis, vel ea-  
rum ductibus aquarum, patronus ipsorum  
porcorum solvat Curiae tarenum unum, et de-  
cem infra, solvat pro quolibet granum unum,  
et custos superstans, solvat Curiae tarenes  
quatuor.

177  
23.

Statutum contra illos, qui faciunt  
sordiciem in puteis, vel fontibus com-

munibus.  
Item si aliquis fecerit sordiciem in fonte com-  
muni, quae fuit . . . . . terre, et in puteo com-  
ni, quod fuit . . . . . incolarum, vel posuerit  
pannos, seu vires ad mollium, solvat Curiae ta-  
renos duos dividendos inter Curiam, et dictam  
Universitatem. Et Syndicus dictam partem  
Universitatis teneat, et faciat reparare dictos  
fontes reparacommunibus opportunis, quod  
si non fecerit, dictus Syndicus, finito suo of-  
ficio teneatur de proprio ad reparacommuni-  
nes praedictas.

24.

Statutum contra necantes puteos  
vallium superioris, et inferioris, ac  
montis equorum.

Item, quod nullus audeat necare puteos val-  
lium Suptanae, ac Supranae, ac montis e-  
quorum, nec exhaurire aquam ab eis, nisi  
pro usu suo, et animalium, et qui contra  
fecerit, solvat Curiae tarenos Septem, et me-  
dium, de qua poena tarenos duos habeat  
accu-

Salma vini sit quatraaginta dua-  
bus quartis. Potulus sit unciis  
triginta sex.

Statutum, quod quilibet Massa-  
possit occidere unum animal de  
de massaria sua tempore messium,  
vel tempore vendemiarum pro u-  
tribus.

23.

Item, quod nullus massarius cogatur solvere  
jus Scannagii, seu macelli pro uno anima-  
li grosso, seu parvo occidendo, et venden-  
do per eum tempore messium de masse-  
ria sua, et pro animalibus parvis occide-  
dis, et macellandis per eum tempore ven-  
demiarum pro utribus faciendis pro de-  
latura vini suae masseriee dictus mas-  
sarius de sua masseria non solvat jus  
Scannagii, seu macelli, dum modo quod  
de ipsis utribus non faciat cumulare vi-  
num alienum salario mediante, quod si  
ex ipsis utribus lucrabitur, tunc solvat jus  
Scannagii pro crapis eiusdem.

26.

Statutum contra animalia exterorum. damnum clancie in possessionibus, et rebus patronatis.

Item, quod si quis de Laurino, et casalibus invenerit aliqua animalia exterorum in rebus suis damnum clancie, possit ea ducere Laurinum, et tamdiu retinere ea, quousque fuerit de damno sibi inlato contentus estimando illud per duos probos viros. Et de invencione ipsorum animalium credatur Sacramento patroni rerum damnificatarum, vel unus testis fide dignus, de quorum lealitate sit in provisione iudicium dictae Prae. Ita tamen quod faciat noticiam officiali, vel Cameraario, si voluerit retinere animalia ipsa de nocte.

27.

Statutum contra animalia clancie ob negligentiam custodis eorum.

Item si aliqua animalia dolo, vel culpa, vel negligentia custodis eorum damnum clancie in aliquibus bonis, et rebus bonis alienis, mandato, seu licentia patroni ipsorum animalium non praecedente, quod  
Custos

custos ipse solvat poenam in capitalis  
 declaratam, et si sufficiens non esset custos  
 ipse, quod patronus ipsorum animalium  
 poenam ipsam solvere compellatur. Etiam  
 si aliquis teneret ad servitia sua exterum  
 aliqualem, et dictus exter damna commit-  
 teret, quod quicumque eum tenuerit, solvat  
 poenam dicti exteri, quam incurrit tempo-  
 re, quo eum tenebat. Et si famuli fran-  
 corum seriose committerent damna, poe-  
 nam personaliter solvant, ut alii, qui pa-  
 ci non sunt.

Statutum, quod quilibet massarius  
 possit sibi reservare duas tumula-  
 tas capacitatis in semine frumenti  
 de terra pro prato fiendo. 28.

Item licitum sit cuilibet massario reservare  
 sibi duas tumulatas capacitatis in semine  
 frumenti de terra pro prato fiendo pro u-  
 su sui equi, jumenti, vel somerii. Et quod  
 nullus ibi depassi faciat animalia quacun-  
 que, patroni licencia non quacsita, et obten-  
 ta, aliter solvat bannum pro inde, prout  
 inde infra dicitur de pratis antiquis; Et  
 primo die Martii, et per totum mensem  
 Junii. Et qui ultra praedictam quantitate

coeperit, non possit defendere. Ita tamen, qd  
teneatur, facere, banniri, et cruce signari,  
quod possint defendi.

29.

## Statutum contra animalia civium damnum facientia in rebus patro- natis.

Item si aliqua animalia civium dietae Ter-  
rae, vel Casalium inveniantur damnum  
facientia in bonis aliquorum, patronus  
rerum damnificatarum possit recipere,  
et ducere, et tam duceret itinere ea, quo-  
usque fuerit contentus de damno, vel  
poena secundum tenorem capitulorum  
in pignoribus, vel pecunia satisfactum.

Et si aliquis dicta animalia sibi aufer-  
ret violenter, solvat Curiae Augustale a-  
rum, et de poena ipsorum animalium  
teneatur, patronum damnificatarum re-  
rum contentare secundum ipsorum Ca-  
pitulorum mentem, contineciam, et te-  
norem. Animalia vero ultra decem non  
ducantur ad terram; scilicet dampnifas-  
sus per accusationis remedia jura sua  
utatur, cum de ipsorum animalium in-  
vencione stabatur ejus Sacramento. Et  
quod notificet Camerario, vel patrono di-  
ctorum.

ctorum animalium, si ea ceperit, et per-  
noctare voluerit eadem.

29

Statutum, quod quilibet de quali-  
bet casata possit hactere, seu hacti-  
facere unum de nucibus communis

30

Laurini  
Item liceat unicuique de qualibet casata Lau-  
rini, et Casalium hactere, seu hactifacere un-  
um pedem de nucibus communis Laurini,  
et fructus provenientes ex inde colligere,  
et suis comodis applicare ad ejus arbitrium,  
quae nuce hactantur die Sanctae Crucis,  
quae colitur de mense Septembris in an-  
tea. Et similiter fiat de olivis, quae hactan-  
tur die primo mensis Novembris, vel in an-  
tea. Et qui ultra praedictum pedem hacte-  
re praesumpserit, vel ante dictos termi-  
nos, duorum tarenorum poenam incurre-  
rit curiae comodis applicandam.

Statutum, quod unicuique sit licitum  
facere ortum in patro.

31

Item licitum sit unicuique de Laurino, et  
Casalibus ortum facere in Patro Laurini, et  
in aliis locis de communi, et ortum ipsum  
defendere, et cultare per annos tres comple-  
tos, prout fuit antiquitus consuetum. Et  
quod in ortis ipsis solvatur poena ab ho-

minibus damnum dantibus in eisdem, sicut solvitur pena in aliis ortis. Animalia vero inventa in dictis ortis, sine custode, vel ductore, nihil solvant in eisdem, nisi emendam damni integraliter patienti. Servato, quod illi, qui hoc anno ceperunt ortum in locis liberis possint retinere per totum mensem Aprilis, et deinde remittant, et vadant ad loca nemorum; et si plus tenuerint dictum ortum, elapso triennio, unusquisque possit sibi auferre.

32.

Statutum de sepibus caprarum, et aliorum animalium.

Item, quod nullus faciat sepes caprarum plusquam unam, vel aliorum animalium, quae sepes capiuntur per totum mensem Novembris; et si quis plus caeperit, unusquisque possit ire in illa absque metu poenae. Ille autem, qui venatum iret ad illam solam sepe, quam habet aliquis sine ejus licencia, solvat curiae tarenū unum, et patrono ipsius tantundem.

DE OFFICIO CATAPANORUM.

NORUM.

33

Statutum, quod Catapani tenentur jurare.

Catapani electi tenentur jurare ad manus